



Tecnológico
de Monterrey




TODAS LAS COSAS TIENEN SU BELLEZA
PERO NO A TODOS ES DADO DESCUBRIRLA.

Confucio.


EX LIBRIS
SALVADOR UGARTE
CIUDAD DE MÉXICO
N° 1117-A



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey

in cetero

¶ Tabula priuilegiorum, quæ sanctissimus Papa pius quintus,
concessit fratribus mendicantibus; in bullæ confirmationis,
et nouæ, concessionis priuilegiorum, ordinum
mendicantium. Anno. 1567.

JORDIN E ALPHABETICO.

¶ Celebrare.

¶ F R A T R E S mēdicantes, possunt quando eis placuerit,
tan indiebus festiis seu dominicis, aut alijs totius anni tem-
poribus. Missas celebrare, Campanas pulsare, etiam quando,
ordinarij & alijs quicunq; celebrauerint, pagina. 15. & 14.

¶ V O L V M V S g fratribus mēdicantibus, non solum pro-
hiberi non posse: ne missas & alia diuina officia faciant insuis.
ecclesijs Verum etiam in quibus cūq; alijs, vbi celebrari missas
solutū est etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis, celebra-
re valeant. pagina 15.

¶ Non obstante de creto, de obseruand. & vitand. in celebra-
tione. Sessionis. 22.

¶ Confessio.

¶ F R A T R E S, Mēdicantes, approbati a suis prouinciali-
bus, ad confessiones secularium audiendas: possunt audire
confessiones Xpi fidelium, vtriusq; sexus. Et hoc tan intra
monasteria quā extra, nec super hoc eis prohibeat pag. 11.

¶ Non obstante cap. 15. sessionis. 23. concilij tridentini: quod
in hoc minime dictos fratres comprehendat.

¶ E T D E N O V O cōceditur prefatis fratribus, priuilegiū
Pauli. 4. vt audire possint confessiones secularium persona-
rum, etiam infirmarum, etiam extra domos & monasteria sua
& vbi libet. pagina 11.

¶ A D M I S S V S frater ordinis mēdicantium semel in uno
episcopatu Per episcopum ad predicandum, vel ad confessio-
nes audiendas: semper habeatur in illo episcopatu pro ad mi-
ssio, rec amplius examinetur, nec presentetur. pagina 11.

¶ C O N F E S S O R E S monialium, que degunt sub cura
regularium: ab ordinario examinari nolumus, sicut nec &
fratres qui audiunt confessiones aliorum fratrum: examinari
debent, pagina 12.

¶ Lecto
* j

TLECTORES ex eisdem fratribus & in theologia graduati, qui cum licentia suorum superiorum ad gradum ad missi fuerit: cum de eorum doctrina ambigendum non sit, tan ad predicandum, quam ad confessiones audiendum: non examinentur ab episcopis. pagina .12.

Edificare.

TCAPITVL M .4. sessionis .25. glossatur q̄ scilicet detur licentia ad edificandum monasteria gratis. Et non nisi legitima causa, [superioribus explicanda] ordinarij recusare possint. pagina .18.

Eleemosina.

TMENDICANTE S possunt libere eleemosinas petere. Et capitulum 9. sessionis 21. concilij trideutini, de usu quæstorum eleemosinarum auferendo, id id ad medicantum ordines nullo modo referri posse decernimus. pagina .17.

Episcopus.

TEPISCOPI non recipiant fratres sub eorum, protectione, extra claustra degentes: nec eos in vitiis suis superioribus detineant. pagina .13.

TEPISCOPI nullo modo se intromittant in bonis fratrū medicantium, extra claustra suorum monasteriorū pro tempore degentium, siue decederint. pagina .13.

TEPISCOPI non possunt prohibere prelatis fratrū mē dicantium, quin poniant fratres suos, etiam si contigerit eos ad ordinarios recursum habere. pagina .13.

Eucharistia.

FRATRE S mendicantium ordinum, possunt eucharistiam ministrare Xpi fidelibus, [resurrectionis domini festiuitate dum taxat excepta] licentia ordinariorum aut aliorum nomine requisita, et q̄ Xpi fidelis possint eucharistiam sumere ap̄fatis fratribus, illa festiuitate excepta, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores, aut alios quo scumq; etiam sub censuris ecclesiasticis. Et alijs pœnisci possint. pagina .15.

Exemptio.

TEXIMVNTVR, fratres mendicantes & moniales a superioritate dominio iurisdictione & potestate ordinariorum, pro

pro ut eis cōcessū est persua priuilegia a se de apostolica. pa. 12.

¶ In gredi.

¶ O R D I N A R I I monasteria monialium que ipsis pleno iure non subsunt ingredi non poterunt. pagina. 12.

¶ In terdictum.

¶ S I T E M P O R E celebrationis alicuius ex festis sc̄otorum ordinum mendicantium, ac alias in aliquibus festiuitatibus lucta e orundē, ordinum priuilegia apostolica interdicta emanauerint: illa in p̄fatis festiuitatibus & in earum octanis suspendimus. pagina. 16. non obstanti. capitulo. 12. sessionis. 25. concilij tridentini. vbi cauetur q̄ censura & interdicta ecclesiastica etiam a locorum ordinarijs promulgata: mandate ep̄scopo a regularibus, in eorum eccl̄sijs publicare debeant.

¶ Missa.

¶ O M N I S X̄pi fideles totius anni tempore pr̄dicationes missas & alia officia diuinain eccl̄sijs fratrum mendicantium audire possunt etiam si tunc in eccl̄sia cathedrali pr̄dicetur. nec ullatenus molestari vel impediri per locoru ordinarios seu rectores parochialium eccl̄siarum vel alios quoscumq; vlo pacto causa vel occasione valeant seu debeant. Et tales X̄pi fideles satisfacere pr̄cepto eccl̄iae de illis audiendis c̄f seantur tanin in dominicis diebus q̄ indiebus festiuis. pag. 15.

¶ M A N D A T V M indie ce næ domini fieri solitum in eccl̄sijs fratrum mendicantium solemniter facere hora qua eis videbitur. Nec per locorum ordinarios vel rectores eccl̄iarum, seu alios quoscumq; prohibere posse decernimus. pag. 18.

¶ Nouicia.

¶ N O V I C I Æ datur certa forma quam ordinarij seruare debent in interrogando nouicias moniales an voluntarie vel coacte profiteantur. pagina 14.

¶ Ordinari.

¶ R E G V L A R E S sacros ordines aquolibet antistite gratiam & cōmunione m apostolice sedis habente, [ordinarij loci minimè requisita licentia] in locis seu domibus fratrum vel alibi recipere possunt. Et capitulum. 8 , sessionis. 23. vbi mandatur nemine nisi a proprio ep̄scopo ordinari posse decla-

ra

ratus in regularibus locum omnino non habere. pag. 14. 15.

¶ Prædicare.

MENDICANTES, a suis provincialibus ad officium prædicandi deputati possunt prædicare in suis ecclesijs quando eis placuerit absq; vlo impedimento vel contradictione epis copi, [nisi ipse prædicauerit] non obstanti capitulo. 4. sessionis 24 per quod mandatur & interdictum omnibus regularibus etiam in suorum ordinum ecclesijs contra dicente episco po prædicare quod, sic declaratur. pagina. 11.

MENDICANTES, in diebus dominicis, vel festiuis etiam antequā rector parochialis ecclesie celebrauerit: poterunt in suis ecclesijs prædicare etiam si tunc in ecclesia cathedrali prædicetur non obstanti. cap. 1. sessionis. 22. de obseruan dis & vitandis in celebratione. pagina 15.

MENDICANTES, in die cœne domini in suis ecclesijs seu domibus hora quā eis videbitur possunt prædicare. Ac mandatum solitum solemniter facere, nec per locorum ordinarios vel rectores ecclesiarum seu alios quoscumq; in hoc præhuberi possunt. pagina. 18.

¶ Processiones.

MENDICANTES, non tenentur ire ad processiones nisi ad quā secundum consuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere, vel quē pro bono pacis ecclesie, vel victoria contra infideles indicuntur. Et sic intelligatur caput. 13. sessionis. 25.

MENDICANTES, autem qui in cōuentibus que sūt collegia habitant ad nullas processiones ire teneātur. pag. 19.

¶ Processus.

ORDINARI processus ad versus mendicates & moniales facere posse quo quomodo omnino prohibentur. Ita ut aliquam iurisdictionem in prefatos fratres exercere nullatenus possint. pagina. 12.

PROPTER manifestum scandalum & suorum ordinū superioribus prius consultis & negligentibus episcopi possunt prefatos processus facere. Alioquin totum sit nullum contra prædicta factum non obstanti. cap. 14. sessionis 25. pag. 18.

¶ Præcedentia.

CONTROVERSIÆ omnes de precedentia improce ssionibus que mandantur cap. 13. sessionis 25. per episcopū terminari non nisi quæ sunt in litis pendentia terminentur. Alię autem non poterunt innouari. pagina. 16.

¶ Quarta.

CUARTA funeralium de qua statuitur in capitulo. 13. sessionis. 25. monasteria ante annos quadraginta fundata quæ ipsam quartam soluere consueverint soluant. Et id tantum cērē & aliorum quæ in aliquibus partibus de ferri contigerit tēpore quo defunctorum corpora ad sepulturam de feruntur. non autem de missis vel legatis vel alijs fratribus ipsis seu mōnialibus huiusmodi relictis, vel alias quomodolibet donatis solui debet siccq; concilium intelligi decernimus, vbi autem nō est consuetudo soluendi quartā huiusmodi de nulla suprascriptorum solui debere de claramis pagina. 16.

CUARTA M, seu aliam partem omnium eorum quæ etiam pro ornamento ecclesiæ palliorum planetarū cortinarū pānorū & aliorum dictis ecclesijs relinquī, vel dari contigerit etiam si pro victu fratrum, aut altas relinquātur aliquid cōtribuere monasteria non teneantur. pagina. 16.

CACE TIAM IVS, sepulturę solitatum constitutum curatis: & non aliquid aliud eis solui debeat quāuis partes ad ea- rum libitum ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorū fratribus alia quecumq; tribuāt seu eleemosynas elargiantur quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi, nec prop terea impediri debeant quin possint de funeris corpora p̄fata ad eorum ecclesiā tumulanda de ferri facere. pa. 16.

¶ Regulares.

CREGVLARES quibus in est cura animarū possūt iuxta suorum superiorum ordinationē perse ipsos prefatam curam exercere. pagina. 14.

CREGVLARES in domibus virorum seu mulierum quibus animarum cura imminet admitti debet non obstanti. cap. 11. sessionis. 25. concilij tridentini pagina. 16.

CREGVLARES mendicantes morientes extra claustra siue

sive in habitu sive sine habitu eorum bona mobilia sive immobilia ad ordinem quem profecti sunt pertineant disponenda Iuxta constitutiones prefatorum ordinum. Nec illa ordinarij occupare præsumant. pagina. 13.

MENDICANTES, non solunt decimas nec eorum possessiones nec contributiones pro seminario. Nec ad subsidia charitatiua etiam per nos concessa ad instantiam quorum cumq; regum. Nec comprehendatur prefati fratres circa hoc sub. cap. 12. sessionis. 25. pagina. 17.

Sepelire.

MENDICANTES possunt mortuorum corpora affloiare: & illa per fratres ipsos quando in ecclesijs suis delata fuerint etiā absq; presentia rectorū ecclesiarū sepeliri facere. Ac officia mortuorū per agi per eos possunt. pagina. 14.

MANDATVR vniuersis locorum ordinarijs ne mortuorum officia agere rectores parochialium ecclesiarum in ecclesijs ipsorum fratum [contra illorum voluntatem] permittant. Ac moniales fratribus sub iectas vel personas sepultaram in eorum ecclesijs eligentes [nulla soluta parrocho portione] sepelire, vel si fratres ad mortuorum corpora assotianda: vocati fuerint illa absq; fratum huiusmodi presentia: sepeliri facere audeant cumq; maxime deceat liberam esse cuiusvis testantis voluntatem. pagina. 18.

MENDICANTES etiam soli possunt mortuorum corpora assotiare. pagina. 14.

Testamentum.

PRAVVILLI illuni usum paruo adhuc tenipore [ut præfertur] introductum per quem testamenta absq; presbiterorum presentia fieri interdicunt omniō abrogamus. pag. 18. **PROHIBETVR** ordinarijs ac alijs quibuscumq; personis ne impediant quin infirmi libere sua possint, cōdere testamenta. Ac fratres ipsos legata aut que vis alia fibi intestatis relicta exigere & obtinere posse: nec aliquod ius in contrarium esse decernimus. pagina. 14.

Infine.

HVIS confirmationis & nouæ cōcessionis dictorum pri

priuilegiorum idem sanctissimus papa addit hec verba.

¶ Si forte.

¶ IN T E R episcopos collegia capitula vel alias personas & prefatos fratres vel moniales super premissis, lis vel lites pendeant: nos huiusmodi lites & causas ad nos aduocamus. Ac partibus ipsis perpetuum silentium imponimus. pagina.19.

¶ P R I V I L E G I A.

¶ Post predictas omnes concesiones idem sanctissimus papa pius 5. addit hec verba, Etut facilius praemissa que concessa sunt fratribus mendicantibus omnia illibata persistant. Omnia & singula priuilegia indulgentias fauores & gratias, [que decreta concilij tridentini alias quam ut superius est dictum concessum & declaratum non contrariantur expre] se eisdem fratribus & monialibus ordinis predictorum ordinum respectu, in genere vel in specie tam pro predecessoribus nostros eugenio. 4. fixtum. 4. leonem. 10. paulum. 3. ac dictum pauli. 4. & pium etiam 4. quamalios quoscumq; Romanos pontifices predecessoribus nostros ac nos & sedeme andem quomodo libet concessa confirmata & innouata, A uthoritate apostolica approbamus & confirmamus eaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere ac fratribus & alijs quibuscumq; quos illa concernunt suffragari debere seu posse volumus, nec non priuilegia immunitates facultates libertates indulta dispensationes exemptiones fauores & gratias tam spirituales quam temporales modo & forma quibus concessa sunt, etiam per uiam communicationis & extensionis actiue & passiuæ inter se & alios quoscumq; ordines respectu denovo concedimus illaq; & omnia & singula addomos & loca quecumque dictorum mendicantium ordinum & monialium actiones recepta & in posterum recipienda nec non eorum personas, etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum praefatarum authentica originalia propter temporis antiquitatem vel varias urbis ruinas deperdita existant, [dummodo de eis alias legitime constet] extendimus & ampliamus. pag. 19 .20.

¶ Transumptum.

¶ A D D I T etiam idem sanctissimus papa, volumus & discernimus quod transumptis litterarum presentium[etiam per im-

pressionem factis] manu alicuius notarii publici subscriptis
Aut sigillo alicuius personae indignitatę ecclesiastica constitue
sigillatis quemadmodum ad hiberetur presentibus litteris o
riginalibus si presentaretur: ubiq; ad hibeatur tam in iuditio
quam extra illud plena & idubitata fides hec papa. pag. 22

FINIS.

Breve papae pij. V.

¶ P I V S Q V I N T V S. supra pag. 1. & 2 ad instantiam Philii
ppi. 2. Regis hispaniarū: concessit omnibus & singulis religiosis
Quorumcumq; ordinū[etiam niendicantum] q; possint ma
trimonium celebrare, etcetera sacramenta ministrare indis in
indijs maris occidentis, Seruatis solemnitatibus circa matrimo
nium preceptis inconcilio tridentino. Et hoc in monasterijs dic
torum ordinum. Et extra dicta monasteria in locis eisdem fra
tribus assignatis & assignandis. Et quod similiter prefati fra
tres possint praedicare indis dictarum partium. Et haec possunt
de licentia suorum superiorum in capitulo provincialibus ob
tenta. Ordinariorum vel aliorum quorumvis licentia mini
mè requisita, Authoritate apostolica prefatus Papa indulxit, &
infine dicit ne in locis dictarum partium in quibus sunt monaste
ria religiosorum qui animarum curam exercent aliquid per
episcopos innouetur eadem authoritate apostolica dat con
seruatores. Et ponit fortissimas ostentias non obstantibus,
[inquit] Concilijs generalibus consuetudinibus priuilegijs &
Iuramento apostolica auhoritate confirmato. Anno. 1567.
24. Martij Pontificatus sui anni secundo.

M E X I C I .

In eisdibus Antonij de Spinoſa,

1568.



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey





Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



Tecnológico
de Monterrey



TABULA
IVILEGIORUM
PAPA PIUS
QUINTUS
1568